



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1862

XXVI. Das Jungfrauenkloster Neuendorf bei Gardelegen.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55716](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55716)

Das Jungfrauenkloster Neuendorf bei Gardelegen.

Mittheilung des Herrn Direktor Professor Wiggert in Magdeburg.

Die nachfolgende Reihe der Urkunden des Klosters Neuendorf ist größtentheils (164) aus den Originalen im Königl. Provinzialarchiv zu Magdeburg genommen (diese sind bezeichnet mit „Orig. in M.“), manche aber, deren Originale fehlten, nur aus den Abdrücken oder Auszügen in Bekmann's historischer Beschreibung der Mark Brandenburg, Bb. II. Buch I. Kap. 10. S. 103—138. (hier bezeichnet mit „Bekm.“), andere aus Werken Ph. W. Gerden's, vorzüglich Bb. II. seiner Diplomataria, wo sie aus einem Copiarium des 15. Jahrhunderts genommen sind, noch andere endlich aus den Abschriften und Auszügen aus dem Originale, die der vormalige Rector des Stadt-Gymnasiums zu Magdeburg, Prof. Elias Caspar Reichard, im Jahre 1781 für die Aebtissin C. S. von Dequede, freilich mit mancher falschen Lesung und Deutung, gefertigt hat und die jetzt in Salzwebel aufbewahrt werden (hier bezeichnet mit „Reichard“).

Eine kurze Uebersicht der Geschichte des Klosters und der in den Urkunden erwähnten Ortschaften, namentlich der wüst gewordenen, siehe am Ende.

I. Markgraf Johann schenkt dem Kloster Neuendorf 9 Hufen in Neuendorf und das Dorf Vetve, im Jahre 1232.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. J. (ohannes), dei gracia marchio brandenburgensis, omnibus hanc litteram inspecturis salutem et omne bonum. Inter dubios casus humane sollicitudinis adiuvare possumus, si religiosorum hominum orationibus et premissa elemosinarum largitione quodammodo sublevemur. Eapropter pie devotionis intuitu, in remissionem etiam nostrorum peccatorum paupertati novelle congregationis, ecclesie videlicet sancte Marie in Nienendorp condolentes, novem mansos in ipsa villa et villam Vetve integram eidem ecclesie et ipsius congregationi damus et assignamus, omni iuri nostro, quod in ipsis habuimus vel habere videbamur, penitus renunciantes. Vt autem hec nostra donatio in suo vigore perhenniter valeat permanere et ne quisquam ipsam infringere presumat, presentem paginam inde conscribi et sigilli nostri appensione iustimus insigniri. Hujus rei testes sunt dominus Walterus de Arnsten, dominus Vlricus de Vretheberch, dominus Henricus de Waldenhagen, dominus Jacee, dominus Bruno de Sadenbec, dominus Volmarus de Ronstede. Actum anno dominice incarnationis millesimo ducentesimo tricesimo secundo.

Orig. in M. An seiteneu Schultren ein zerbrochenes Sig. pedestre. — Bekm. 103.

II. Graf Siegfried von Osterburg schenkt dem Kloster Neuendorf all sein freies Eigenthum in Vethene, am 22. November 1233.

In nomine sancte et individue trinitatis. Ego Comes Sifridus de Osterburch salutem in Christo fidelibus universis. Cum leges et jura veterum instituta patrum quibuldam corroborant (so, statt corroborentur?) instrumentis, oportet ea temporis instantis nationibus (so, statt rationibus?) innovari propter vitiosam quorundam modernorum consuetudinem, que solet antiquorum privilegiis obviare. Innotescat igitur univerfitati fidelium, quod in honore dei genitricis Marie, predecessores mei in Vethene (sic) quicquid libere possidebant, Nyendorp contuli ministris ejus jugiter possidendum. Vt ergo hec rata et inconvulsa permaneant, presentem paginam sigilli mei munimine roboravi. Datum in Osterburch, anno incarnationis domini M^o. CC^o. XXXIII^o., X. Kal. Decembris.

Orig. in M. Großes rundes Reitersegel, verlegt. — Bohn. 106.

Abgedruckt aus dem Originale mit Beschreibung des Siegels in Gerden's Fragm. III, S. 9. und in diesem Cod. I, Bb. 16. S. 316. aus Lenz, Brand. Urk. I, S. 32.

III. Markgraf Johann schenkt dem Kloster Neuendorf das Dorf Neuendorf, am 11. Dezember 1233.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes, dei gracia Marchio Brandenburgensis, tam futuris quam presentibus salutem in eo, qui est vera salus. Cum, sicut de sacris audivimus eloquiis, ubi donorum crescere denotatur multiplicitas, crescat ibidem rationis tandem reddende difficultas, timendum et summopere precavendum est hiis, nobis scilicet, qui ampliora dona pre ceteris accepisse dinoscimur, ne gravioribus cum reprobis donorum possessoribus puniamur. Oportet itaque de eorundem donorum talento a domino, qui peregrinus in celum habuit, nobis credito ita operari, ne cum tandem rationem de commissis positurus (posciturus) revertitur, cum servis in negotiatione torpentibus judicemur. Animadvertentes ex premissis dies nostros juxta prophetam sicut umbram declinari, vestre notum esse cupimus univerfitati, quod nos de consensu nostri fratris marchionis Ottonis villam Nigenthorp, cujus ad nos ex antiquorum et patrum nostrorum morte devoluta fuit proprietas, ecclesie memorate ville cum omni jure libertatis et proventus, molendinorum scilicet et pascuorum lignorumque decrevimus conferendam. Audivimus etenim gratuitam sanctimonialium ibidem deo famulantium famam, qualiter jugum domini die nocteque bajulent indefessum, Et ne servitus deo, ut speramus, tam gratuita auctoritate*) possessionis preterite per quempiam successorum nostrorum valeat immutari, locum memoratum autentico presentium stabilimus. Et ut stabilitas hec firmior valeat perdurare, virorum nobilium nomina, militum scilicet

*) Der Schreiber hat auctori geschrieben, von gleichzeitiger Hand ist darüber gesetzt tate.

et fervorum, qui huic actioni intererant, subscribimus et notamus. Aderat vir nobilis Albertus de Arnsten, comes Henricus de Dannenberch, comes Conradus de Regenftein, Fredericus de Care miles, Theodoricus de Osterborch, Henricus de Stendale, Gocewinus miles, Albertus et Brunignus (sic) fratres de Redekestorp, Hunoldus et Hinricus et Gregorius cappellani et alii quam plures. Datum in Arneborch, anno graciae M. CC. XXXIII., III. Idus Decembris.

Orig. in M. Ein (sehr beschädigtes) Sig. pedestre. — Bfm. 105.

IV. Die Markgrafen Johann und Otto schenken dem Kloster Neuendorf 5 Hufen in Odirdorf*) und die Hälfte des Dorfs Selchow, am 13. Juli 1235.

In nomine sancte et individue trinitatis. Johannes et Otto, dei gracia Marchiones Brandenburgenses, omnibus in perpetuum. Univerſa negotia mandata litteris et vocibus testium ex utroque trahunt indissolubile firmamentum. Innotescat ergo tam presentibus quam posteris, quod nos divino ammoniti spiritu pro nostris nostrorumque parentum animabus quinque manfos in Odixdorpe et dimidietatem ville Selechowe cum pascuis, paludibus, graminibus et lignis et cum omni jure libere donavimus ecclesie in Niendorpe perpetuo possidendam. Sed ne aliqua posterorum nostrorum calumnia hoc factum possit infirmare, testes adhibuimus, quorum nomina sunt hec: Albertus de Arneſtein, Albertus Advocatus de Spandowe, Ghevehardus de Maldefen, Gozwinus de Boizcenburch, Volcmarus et Rodolfus fratres de Rolstede**), Ludolfus capellanus et Fredericus notarius curie, Johannes de Rolchowe, Bavarus camerarius, et presentem paginam sigillorum nostrorum dignum duximus et congruum munimine roborandam. Acta sunt hec in Gardeleghe, anno dominice incarnationis M. CC. XXXV., III. Idus Julii.

Orig. in M. 2 sigilla pedestria, am Rande beschädigt. — Bfm. 106.

*) Bemann hat in der Ueberschrift Odirsdorf, das Original hat die äufere Aufschrift (aus dem 13. Jahrhundert) de Selechowe et de Odixdorpe und (von c. 1400) Selchow, Odigstorp.

**) Rolstaede, das e ist gleichzeitig, aber mit anderer Dinte, darüber gesetzt.

V. Die Markgrafen Johann und Otto verkaufen dem Kloster Neundorf das Dorf Bobelitz, im Jahre 1240.

Johannes et Otto, dei gratia marchiones Brandenburgenses, universis Christi fidelibus tam presentibus quam futuris salutem in domino. Quum eas, que per nos fiunt, ratas esse volumus actiones, in scriptis ad posteros transmittimus, ne id oblivione dubium fiat vel irritum, quod provida deliberatio procuravit. Notum igitur esse volumus omnibus presentem paginam inspecturis, quod villam Pobelitz vendidimus ecclesie beate Marie in Nigendorpe pro L marcis, eidem ecclesie cum omni jure in perpetuum conferentes. Ne autem super his cuiquam in posterum generetur ambiguitas, ea, que dicta sunt, sigillorum nostrorum duximus munimine roborari. Testes hujus sunt comes Conradus de Rhegenstein, W. de Soltwedele, Johannes Gans, H. de Angern, Gerardus de Kerchou, Fridericus de Kare, Hartmot de Breuiz, Wilkinus de Tornou. Acta sunt hec anno gratie M. CC. XL.

(Orig. fehlt. — Auch Reichard hat diese Urkunde nicht.) Aus Gercken's Dipl. vet. M. II, S. 75 „ex copiaris saec. XV.“ — Befm. 107.

VI. Pappi Innocenz IV. bestätigt dem Kloster Neundorf seine Besitzungen und erteilt ihm mancherlei Vergünstigungen, am 12. Juli 1246.

Innocentius episcopus, servus servorum dei, dilectis in Christo filiabus, abbatisse monasterii S. Marie virginis in Niendorp ejusque sororibus tam presentibus quam futuris regularem vitam professis. Religiosam vitam eligentibus apostolicum convenit adesse presidium, ne forte cujuslibet temeritatis incursum aut eas a proposito revocet aut robur, quod absit, sacre religionis enervet. Eapropter, dilecte in Christo filie, vestris justis postulationibus clementer annuimus et monasterium S. Marie virginis in Niendorp Albertstadenfis diocesis, in quo divino estis obsequio mancipate, sub beati Petri et nostra protectione suscipimus et presentis scripti privilegio communimus. Inprimis liquidem statuentes, ut ordo monasticus, qui secundum domini (deum) et beati Benedicti regulam atque institutionem Cisterciensium fratrum a vobis post concilium generale susceptam in eodem monasterio institutus esse dinoscitur, perpetuis ibidem temporibus inviolabiliter observetur. Preterea quascunque possessiones, quecunque bona idem monasterium in presentiarum juste ac canonice possidet aut (ac) in futurum concessione pontificum, largitione regum vel principum, oblatione fidelium seu aliis justis modis prestante domino poterit adipisci, firma vobis et eis, qui vobis successerint, et illibata permaneant. In quibus hec propriis duximus exprimenda vocabulis. Locum ipsum, in quo prefatum monasterium situm est, cum omnibus pertinentiis suis. Quinquaginta mansos terre in Niendorp cum molendino ejusdem loci et omnibus pertinentiis suis. Quinquaginta mansos terre in Bobelitz (Bobelitz) cum pertinentiis eorundem. Quinque mansos terre in Hodicesdorp (Hoddendorpp) cum pertinentiis suis. X mansos terre cum pertinentiis eorundem, quos habetis in territorio de Selechowe (Selchow). Annuum redditum XX solidorum Stendaliensium, quos habetis in villa

de Borghftal (Borchftall). II choros filiginis, quos annuatim percipitis in villa de Stenvelde (Stenfelde), et filvam, quam habetis in villa de Selechow (Selchow) cum pratis et vineis, terris, nemoribus, ufuagijs et pascuis in bosco et plano, in aquis et molendinis, in viis et semitis et omnibus alijs libertatibus et immunitatibus suis. Sane novalium uestrorum, que proprijs manibus aut sum ptibus colitis, de quibus aliquis hactenus non percepit, siue de ortis, virgultis et piscationibus uestris seu de uestrorum animalium nutrimentis nullus a vobis decimas exigere vel extorquere presumat. Liceat quoque vobis personas liberas et absolutas e seculo fugientes ad conversionem recipere ac eas absque contradictione aliqua retinere. Prohibemus insuper, ut nulli fororum uestrarum post factam in monasterio uestro professionem fas sit sine abbatisse sue licentia de eodem loco discedere, discedentem vero absque communium litterarum uestrarum cautione nullus audeat retinere, illud districtius inhibentes, ne terras seu quodlibet beneficium monasterio uestro collatum liceat alicui personaliter dari siue alio modo alienari absque consensu totius capituli vel maioris aut sanioris partis ipsius. Si que vero donationes aut alienaciones aliter quam dictum est facte fuerint, eas irritas esse censemus. Insuper auctoritate apostolica inhibemus, ne ullus episcopus vel quelibet alia persona ad sinodos vel conventus forenses vos ire vel iudicio seculari de uestra propria substantia vel possessionibus uestris subiacere compellat, nec ad domos uestras causa ordines celebrandi, causas tractandi vel aliquos conventus publicos convocandi venire presumat. Nec regularem electionem abbatisse uestre impediat aut de instituenda vel removenda ea, que pro tempore fuerit, contra statuta Cisterciensis ordinis se aliquatenus intromittat. Pro consecrationibus vero altarium vel ecclesiarum siue pro oleo sancto vel quolibet ecclesiastico sacro nullus a vobis sub obtentu consuetudinis vel alio modo quicquam audeat extorquere, set hec omnia vobis gratis episcopus dioecesanus impendat. Alioquin liceat vobis, quemcumque volueritis catholicum adire antistitem gratiam et communionem apostolice sedis habentem, qui nostra fretus auctoritate vobis quod postulat impendat. Quodsi sedes dioecesani episcopi forte vacaverit, interim omnia sacra ecclesiastica a vicinis episcopis accipere libere et absque contradictione possitis, sic tamen ut ex hoc in posterum proprio episcopo nullum prejudicium generetur. Quia vero interdum proprii episcopi copiam non habetis, si quem episcopum romane sedis, ut diximus, gratiam et communionem habentem et de quo plenam noticiam habeatis, per vos transire contigerit, ab eo benedictionem monialium, vasorum et vestium et consecrationes altarium auctoritate apostolice sedis recipere valeatis. Porro si episcopi vel alii ecclesiarum rectores in monasterium uestrum vel personas inibi constitutas suspensionis, excommunicationis vel interdicti sententiam promulgaverint, siue etiam in mercenarios uestros pro eo, quod decimas, sicut dictum est, non persolvitis, siue aliqua occasione eorum, que ab apostolica benignitate vobis indulta sunt, seu benefactores uestros pro eo, quod aliqua vobis beneficia vel obsequia ex caritate prestiterint vel ad laborandum adjuverint in illis diebus, in quibus vos laboratis et alii feriantur, eandem sententiam protulerint, ipsam tanquam contra sedis apostolice indulta prolatam decernimus irritandam. Nec littere ille firmitatem habeant, quas tacito nomine Cisterciensis ordinis et contra indulta apostolicorum privilegiorum constiterit impetrari. Preterea cum commune interdictum terre fuerit, liceat vobis nichilominus in uestro monasterio exclusis excommunicatis et interdictis divinis officiis interesse. Paci quoque et tranquillitati uestre paterna in posterum sollicitudine providere volentes auctoritate apostolica prohibemus, ut infra claufuras locorum seu grangiarum uestrarum nullus rapinam vel furtum facere, ignem apponere, sanguinem fundere, hominem temere capere vel interficere, seu violentiam audeat exercere. Preterea ejus libertates et immunitates a predecessoribus nostris, Romanis pontificibus, ordini uestro concessas necnon libertates et

exemptiones secularium exactionum a regibus et principibus vel aliis fidelibus rationabiliter vobis indultas auctoritate apostolica confirmamus et presentis scripti privilegio communimus. Decernimus ergo, ut nulli omnino hominum liceat prefatum monasterium temere perturbare aut ejus possessiones auferre vel ablatas retinere, minuere seu quibuslibet vexacionibus fatigare, sed omnia integra conserventur earum, pro quarum gubernacione ac sustentacione concessa sunt, usibus omnimodis profutura salva sedis apostolice auctoritate. Si qua igitur in futurum ecclesiastica secularive persona hanc nostre constitucionis paginam sciens contra eam temere veniens temptaverit, secundo tertiove commonita nisi reatum suum congrua satisfacione correxerit, potestatis honorisque sui careat dignitate reamque se divino judicio existere de perpetrata iniquitate cognoscat et a sacratissimo corpore ac sanguine dei et Domini redemptoris nostri Jesu Christi aliena fiat atque in extremo examine districte subjaceat ultioni. Cunctis autem eidem loco sua jura servantibus sit pax domini nostri Jesu Christi, quatenus et hic fructum bone actionis percipiant et apud districtum judicem premia eterne pacis inveniant. Amen.

Ego Innocentius, catholice ecclesie episcopus f., Ego Petrus, tit. S. Marcelli presbiter, Cardinalis f., Ego fr. Johannes, tit. S. Laurentii in Lucin. (?) presbiter, Card. f., Ego fr. Hugo, tit. S. Sabine presbiter, Card. f., Ego Otto (Odo), Portuensis et S. Ruffinensis episcopus f., Ego Petrus, Albanensis episcopus f., Ego Wilhelmus, Sabinensis episcopus f., Ego Egidius, SS. Cosme et Damiani diaconus, Card. f., Ego Octavianus, S. Marie in via lata diac., Card. f., Ego Petrus, S. Georgii ad velum aureum diac., Card. f., Ego Johannes, S. Nicolai in carcere Tulliano diac., Card. f., Ego Wilhelmus, S. Eustachii diac., Card. f.

Datum Lugduni, per manum magistri Martini, S. Romane ecclesie vicecancellarii, IV. Idus Julii in die Leonis IV. (quarto statt quarti?), incarnationis dominice anno M. CC. XLVI., pontificatus vero domini Innocentii pape III. anno quarto.

Das Original ist im Provinzial-Archiv zu Magdeburg nicht vorhanden, wohl aber eine Abschrift des 13. oder 14. Jahrhunderts, an der das Siegel der Abtissin des Klosters hängt, wie an Urk. VII.; außerdem auch ein Transjumpt vom Jahre 1490, dessen geringfügige Abweichungen hier in () angegeben sind. — Bsm. 107.

VII. Das Kloster Neudorf giebt die Vetwener Mark den Bauern von Volenscher in Erbpacht, im Jahre 1251.

A., dei gratia abbatissa, et H., prepositus in Niendorp. Notum sit omnibus presentem literam inspecturis, quod nos campum Vetwene*) civibus de Volenschere sub annua pacta quinque cororum, prout in litteris super hoc conscriptis continetur, concessimus excolendum, quos coros in omnem eventum nobis fide data in perpetuum in solidum persolvere promiserunt, preterquam si dictam villam (sic) Volenschere propter principis terre generale bellum penitus destrua-

*) In gleichzeitiger Aufschrift de campo vetuene.

tur, ita quod nullus ibidem maneat agriculator, tunc dictam pactam solvere non tenentur, quousque predicta villa colonis fuerit reformata. Consensimus etiam in hoc, quod si domini qui pactam de eadem villa recipiunt, propter reformationem ville in pacta, in parte vel in toto cultoribus gratiam fecerint specialem, eadem in pacta nobis debita nomine campi Vetwene gratia pociantur. Vt autem hec que premissa sunt, firma sint et futuris temporibus indubitata, presentem litteram scribi fecimus et tali (sic) sigillo roborari. Datum Gardelege, anno gratie M. CC. quinquagesimo primo.

Orig. in M. Ein rundes Siegel, sitgende Abbtissin mit Buch in der linken. SI.....ISSE IN NIGENTHORP. — Bohn. 104.

VIII. Gerhard von Wederde überläßt dem Kloster Neuendorf 4 Hufen in Wolvelde,
am 1. October 1252.

Noverint universi tam futuri temporis quam presentis, quod ego Gerardus, dictus de Wederde, saluti proprie consulere cupiens et monasterii in Niendorp prope Gardelege Cisterciensis ordinis intentare profectum, ad usus ejusdem monasterii de omni jure, quod in quatuor mansis habui in villa Wolvelde sitis, cessi. Ne vero super eadem cessione in posterum aliquis dubietatis scrupulus qui lites suscitare valeat, oriatur, presens scriptum sigillo meo decrevi in ipsius testimonium consignare. Datum Magdeburg, anno domini M. CC. L. II. Kal. Octobris.

Orig. in M. Rundes, sehr beschädigtes Siegel (Widder).

IX. Markgraf Otto verleiht dem Kloster Neuendorf mehrere von Einzelnen zu ihren Memorien bestimmte Lehnstücke in Stats, Wardenberg, Köten, Gardelegen, Buchholz, Nipitz,
am 10. April 1254.

In nomine sancte et individue trinitatis. Otto, dei gratia Brandenburgensis Marchio, Omnibus in perpetuum. Quoniam omnes morimur et non est priorum memoria nec eorum quidem qui futuri sunt erit memoria apud illos qui in novissimo sunt futuri, necessarium reputamus et existat utiliter adinventum, ut ea que fiunt in tempore quod defluit et pertransit, ne cum pretereuntibus cum eodem pertranseant et decurrant et sic eorum memoria in oblivionis cinerem redigatur, scriptis authenticis aut testium vocibus confirmantur, per que res gesta ad notitiam deveniat futurorum, Sane abbatissa et collegium Christi ancillarum sancte Marie in Niendorp Ordinis Cisterciensis nobis humiliter supplicarunt, ut bona quedam, que quidam fideles nostri ipsis pro sua

memoria facienda ac pro animarum suarum remedio compararunt, que quidam ex eisdem nostris fidelibus a nobis haecenus in p̄eodo tenuerunt, proprietatis titulo donare curaremus eisdem, quarum petitionibus cum ad anime nostre salutem cedere videantur et pium sit deo deservientibus subvenire, ne, cum in temporalibus sustineant detrimentum, earum tepescat devotio et ipsis in divino obsequio fastidium generetur. Notum facimus Christi fidelibus universis et presentibus protestamur, quod nos propter amorem Dei pariter et honorem atque ob reverentiam predictae gloriose semper virginis matris ejus nec non fidelium nostrorum instantiam predictae abbatissae et collegii memorati precibus annuere cupientes ipsa bona, que hucusque a nobis in p̄eodata fuerunt, eisdem proprietatis titulo singulis annis percipienda perpetuo, contulimus animo liberali, dantes ipsis omne jus, quod nos aut heredes nostri habuimus vel habere potuimus in eisdem. Sunt autem hec bona villa Stazcits cum omnibus attinentiis suis, in villa Wardenberge duo chori siliginis pro memoria Walteri de Koningsmark quondam mariscalci nostri, in villa Kotene duo talenta, que Albertus-Valia comparavit, in teloneo Gardelege unum talentum, quod Bertoldus de Wodenwege comparavit, in villa Bocholte decem solidi pro memoria Conradi de Stendale, in villa Nipitz unus chorus siliginis quem comparavit Philippus de Stockem. Vt autem hec nostra collatio sive donatio omnibus elucefeat et ne cuiquam in posterum dubium oriatur neque a quoquam heredum aut successorum nostrorum valeat immutari, presentem paginam conscribi fecimus et sigilli nostri munimine consignari. Hujus autem rei testes sunt Theodericus plebanus de Gardelege, Henricus, dictus de Rogats, ejusdem collegii tunc prepositus, Henricus canonicus Stendalensis, curie nostre notarius, clerici. Johannes de Rossow, Johannes de Woztrow, Ericus et Wernerus fratres, dicti de Gardelege, Philippus de Stockem, milites, et alii quam plures. Datum Gardelege, anno gratie M. CC. LIII., in die paraveves, indictione XIIa.

Orig. in M. Ein Sig. ped. — Bestn. 110. fehlerhaft.

X. Die Markgrafen Johann und Otto bestätigen eine Schenkung des Ritters Gerhard von Kerkow an das Kloster Neuendorf (1 Talent Denare in Dolle), am 22. April 1258.

Johannes et Otto, dei gratia Brandenburgenses marchiones, Omnibus in perpetuum. Ut quod rite agitur, iuste ad posteros referatur, Christi fidelibus universis tam presentibus quam futuris volumus notum esse, quod fidelis noster dilectus Gerhardus, dictus de Kirkowe, miles, in nostra constitutus presentia recognovit, se ecclesie Sancte Marie virginis de Niendorp talentum denariorum in oppido nostro Dolle in censu arearum situm pro suorum absolutione peccaminum simpliciter contulisse. Quam siquidem collationem ejusdem fidelis nostri moti precibus gratam ac ratam habentes ipsam diete ecclesie pietatis intuitu confirmamus, tradentes ecclesie memorate in testimonium confirmationis predictorum presentes literas sigillorum nostrorum munimine roboratas, adhibitis testibus idoneis, quorum nomina sunt hec: Henricus de Bardeleve, Ericus de Gardelege, Thidericus de Bercholt, dominus Albertus Stendaliensis prepo-

fitus et Heidenricus curie nostre cappellani. Actum Dolle, anno domini M. CC. LVIII., X. Kal. Maji.

Orig. in M. Beide Siegel sind verloren. — Befn. 112. — Gerden, Diplomataria II, S. 76.

XI. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad verkaufen dem Kloster Neuendorf das Dorf Cheine, am 25. März 1270.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, — — cenobio sanctimonialium in Niendorf villam nostram Cheine vendidimus et libere dimisimus pro triginta marcis Stendaliensis argenti cum omnibus attinentiis ejusdem ville, cum pratis et pascuis et lignis viis et inviis et cum omni jure, quod habere videbatur (pro videbatur) in eadem hucusque, proprietatis titulo perpetuo possidendam. Testes hujus rei sunt dominus Hermannus de Gardelege et dominus Buffo de Kocftede, dominus Heino de Woldenhagen, dominus Philippus de Stockem, dominus Wernerus de Ammenfleve et filius suus Ghero et plurimi alii milites, prohi et honesti, famuli fide digni. Ne igitur etc. — — hanc nostram litteram cenobio prefato conferri jussimus sigillorum nostrorum appensionibus roboratam. Data sunt hec et acta in civitate Stendal, anno domini M. CC. LXX. octavo Kalendas Aprilis in annunciatione beate virginis Marie, per manum Aluardi, tunc curie capellani.

Orig. in M. Ein Sig. ped. des Markgrafen Johann, die zwei andern Siegel sind verloren gegangen. — Befn. 112.

XII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad vereignen dem Kloster Neuendorf 7 Hufen in Groß-Schwechten und bestätigen alle früheren Schenkungen an das Kloster, am 29. Januar 1278.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandenburgenses. Univerfis hanc paginam inspecturis in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur, successus temporum aut oblivio rerum abolere valeat, consuevimus ipsa litterarum testimonio eternare. Hinc est, quod constare volumus tam presentibus quam futuris, quod nos ducti pia intentione et affectu ob salutem et remedium animarum nostrarum nec non progenitorum nostrorum claustrum sanctimonialium in Nyendorf Cisterciensis ordinis proprietatem septem mansorum sitorum in magno Suecten (Swechten), quos videlicet mansos Johannes, Arnoldus et Antonius filii quondam Antonii, burgenfes Stendalienses, a nobis tenuerunt

tytulo pheedali cum omni jure, quod dinoscibamur habere in eisdem, perhenniter dignum duximus conferendam. Preterea univërfa bona, que nostri progenitores contulerunt clauftro premiffio, confirmamus prefenti testimonio litterarum. Sunt autem hec. Villa Nyendorp in qua clauftum fitum eft cum omni jure libertatis et proventibus molendinorum pascuorum lignorumque. Villa Pobicz cum omni jure. In Odigftorp (Hodigftorp) feptem manfos et medietatem ville Selegow cum deferto Slavico, cum pascuis paludibus graminibus et lignis. In Dollis unum talentum in cenfu arearum fito*). Villa Statyzt (Stacyft) cum omnibus attinenciis fuis. In Wardenberg duos choros filiginis. In Kotene duo talenta. In theloneo Gardelege unum talentum, ibidem in cenfu unum talentum. In Bocholte decem solidos. In Nypyzt unum chorum filiginis. In villa Vetne novem manfos cum omni jure. In Volcuelde tres choros filiginis. In Norftede decem et octo modios filiginis. In Steinvelde (Stenvelde) duos choros filiginis. In Greueniz tres manfos folventes tres choros filiginis et totidem ordeï cum minutis et fuis attinenciis. In Ketfik (Ketyk) duos choros filiginis. In Sadenbeke III manfos cum omni jure. Proprietatem ville Borevyzt (Borekyzt). Ibidem XXX^{ta} modios filiginis cum molendino adiacente cum paludibus et pascuis. In Bertinge (Berting) unum manfum. In Ellerfele (Ogellersak) unum chorum filiginis. In Chete XIII modios farine in molendino. In Querftede decimam XVI manforum cum minutis tocius ville. Item duorum chororum proprietatem VI modii minus, quos dominus Hermannus de Gardelege ob falutem fuorum parentum clauftro prehabito eft largitus. Item III choros filiginis, quos Orlicus de Ronftede dedit clauftro fepties memorato. Ut autem nofta donatio et confirmatio premifforum tam a nobis quam a noftis fuccefforibus inuolabiliter et perhenniter obferuetur, prefentem paginam inde confectam figillorum noftorum appenfionibus iuffimus communiri, adhibitis nichilominus teftibus ydoneis, quorum nomina funt hec: Johannes de Bvc, Johannes et Gerardus de Kerkow (Kercow), Hermannus de Gardelege, Rodolfus de Ronftede, Wernerus de Ammenfleue, Philippus de Stockem, milites, et quam plures alii fide digni. Acta funt hec in Stendal, anno dominice incarnationis M. CC. LXXVIII, III. kal. Februarii. Datum per manum domini Johannis de Brunelwich, noftre curie notarii.

Von anderer Hand darunter gefchrieben:

XVIII modios filiginis in Mifzelwerde.

Von dieser Urkunde ist ein schön gefchriebenes, aber unbesiegeltes Exemplar vorhanden, dessen Hand gleichzeitig, jedoch von der in Urkunde XIV., die derselbe Notar ausgefertigt hat, verschieden ist. Reichard hat von dieser unbesiegelten Urkunde eine Abschrift, aber außerdem noch eine Abschrift von einer ganz gleichlautenden Urkunde, von der er sagt, daß noch alle drei Siegel daran hingen. Dies Original fehlt jetzt; aus ihm scheint aber auch der Abdruck bei Bekmann geflossen zu sein. Die Abweichungen der Reichard'schen Abschrift dieses Originals in den Eigennamen sind hier in () beigeftigt. Wahrscheinlich wünschte das Kloster von diesem wichtigen Documente, in dem manche Befigungen erwähnt werden, über welche die Erwerb-Briefe verloren gegangen oder mit dem Besitze in andere Hände gegeben sind, ein Duplicat, ohne die Anhängung der Siegel zu erreichen. — Bekm. 113.

*) So in beiden Exemplaren für situm.

XIII. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad schenken dem Kloster Neudorf das Eigenthum einer Hufe in Swechten, die es von Bruno erfauf hat, am 29. April 1278.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, ad quos presens scriptum pervenerit, salutem in eo qui est omnium vera salus. Cum ea que pro eternali salute aguntur acquirenda, perpetuali deceat locari munimine, nos ideo salubri moti consilio ac prudentia disponendo*), notum esse cupimus univrsis, quod sanctimonialibus cenobii Niendorpe ordinis Cisterciensis diocesis Halverstadtensis, unius mansi proprietatem donavimus libere ac devote, quem videlicet Bruno in Swechten villa pro liberatione sua, cum captus esset, eisdem vendiderat, cum mera nostra et omnimoda voluntate, ut per eam donationem crescat nobis meritum eternale. Huius rei testes sunt Theodericus de Wuzterbusch, Johannes de Stegeliz, Hasso de Wedele, Rodolfus de Ronftede, Arnoldus de Volmezchere (sic), Hermannus de Gardelege, tunc temporis advocatus, et alii quam plures viri nobiles fide digni. Ad cujus evidentiam presentem paginam predictis sanctimonialibus conferibi fecimus sigillorum nostrorum munimine roboratam, ne in posterum a nostris successoribus irritetur. Actum Gardelege, anno domini M. CC. LXX. VIII., III. Kal. Maji. Datum per manum domini Meynardi, nostre curie capellani.

Orig. in M. 3 Siegel, Markgraf Johann's in der Mitte. — Gercken, Diplom. II, 79.

*) disponenda verwandelt in disponendo.

XIV. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad räumen dem Kloster Neudorf das Eigenthum einer Hufe in Wenden-Dorf Sinow zum Eigenthum ein, am 26. April 1279.

Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, Omnibus hanc paginam inspecturis et audituris in perpetuum. Ne ea que coram nobis aguntur, aut oblivio rerum aut fluxus temporis surripiat, duximus ipsa litterarum testimonio eternanda. Hinc est quod constare volumus tam presentibus quam futuris, quod flavicalem villam Sinow sitam juxta Gardelege clauastro sanctimonialium in Niendorp Cisterciensis ordinis cum omni jure, advocacia, precaria, lignis, pascuis, viis et inviis, metis et dimensionibus et univrsis pertinentiis concessimus proprietatis titulo perhenniter possidendam. Vt autem hec nostra donatio tam a nobis quam a nostris successoribus perhenniter et inviolabiliter conservetur, presens scriptum inde confectum dari fecimus sigillorum nostrorum appensionibus insignitum, adhibitis nihilominus testibus ydoneis quorum nomina sunt hec. Johannes de Buc, Johannes de Irekefleve, Fredericus de Ecstedhe, Johannes de Stegelyz, Bernardus de Wardenberch, Conradus de Redere et Buffo de Redere, fratres, Ludolfus de Griben, milites, et quam plures alii fide digni. Actum et

datum Stendal, per manum domini Johannis de Brunefwic, anno domini M. CC. LXXVIII., VI. Kal. Maji.

Orig. in M. 3 Siegel an rothen Seidenfäden, vom ersten nur noch ein Bruchstück, die andern jetzt ohne Handschrift. — Bsm. 115. — Gerden, Diplom. II, 81.

XV. Die Markgrafen Johann, Otto und Konrad schenken dem Kloster Neuendorf das Eigenthum von 3 Hufen in Ketzky, am 1. Mai 1281.

Nos Johannes, Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, protestamur et presentibus publice profiteamur, quod tres mansos sitos in villa Ketzky, quos a nobis in pfeodo tenuerat fidelis noster miles Beteko de Wodenwege, cum omni jure sicut idem predictos mansos a nobis tenuit, contulimus clauetro sanctimonialium in Nyendorp proprietatis titulo perpetuo possidendos. In ejus rei evidens testimonium et cautelam presens scriptum inde confectum fieri iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus iussimus communiri. Actum et datum Wolmerstede, anno domini M. CC. LXXXI., Kal. Maji, per manum domini Johannis, prepositi in Granzoyge.

Orig. in M. Nur 1 Siegel (verflümmelt) hat daran gehangen. — Bsm. 115. — Gerden, Dipl. II, 82.

XVI. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Kloster Neuendorf das von Ritter Rudolf von Ronstede resignirte Dorf Luffingen zum Wohnort und Aufbau eines Klosters, am 6. Februar 1284.

In nomine sancte et individue trinitatis. Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandenburgenses. Vniuersis has litteras auditoris salutem in omnium salvatore. Cum tempus mobile sit et omne mobile corruptibile, nichil sub sole est quod perpetuo stare possit. Conuevit ergo veterum auctoritas et discretio, ea que geruntur in tempore, ne simul labantur cum tempore, poni in linguas testium ac litterarum testimoniis eternare (so, statt eternari?). Noverint igitur tam presentis quam futuri temporis uniuersi quod nos religiosus dominabus sanctimonialibus clauetri Niendorp villam Luffinge ad inhabitandum et clauetrum ibidem construendum et proprietatem ejusdem cum uniuersis suis attinentiis, cum pascuis, pratis, paludibus atque silvis, cum molendinis adjacentibus donauimus perpetuis temporibus libere possidendam: ita ut ipsam villam dominus Rudolfus de Ronstede a nobis tenens eandem integram resignavit, sic ipsam villam cum omni jure, cum proprietate, clauetro sive dominabus donauimus memoratis, quod nichil juris

five in advocatia five in precaria, molendinis, metis five dimensionibus seu proprietate in dicta villa nobis de cetero poterimus vendicare, sed hec villa et proprietates ejusdem ad dictas dominas perpetuo pertinebit. Vt igitur hec nostra donatio a nostris fratribus seu successoribus nostris quibilibet in posterum nullatenus valeat irritari, presentem cedulam conferri iussimus et sigillorum nostrorum apicibus communiri. Testes hujus rei sunt Burgardus et Johannes de Irckeffleve, Theodericus de Osterburch, Conradus de Snetlinge, Ludolfus et Rudolfus de Ronstede, Johannes de Rossow, milites, Arnoldus de Rossow, famulus, et alii plurimi fide digni. Actum et datum in Tangermunde, anno domini M. CC. LXXXIII, VIII. Idus Februarii.

Orig. in M. Beide Siegel verloren. — Befm. 115.

XVII. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen das von Ritter Ludolf (Lubeko) von Ronstede resignirte Dorf Querstede dem Kloster Neuendorf, am 2. Dezember 1287.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, dei gracia marchiones Brandeburgenses, Omnibus hanc litteram cernentibus noticiam subscriptorum in perpetuum. Decet excellentiam nostram sanctimonialibus in domini nostri terra degentibus opem gerere et earum inopie subvenire et succurrere auxiliis ac presidiiis oportunitis. Ea propter tam presentis quam futuri temporis ad noticiam universis Christi fidelibus deducimus per presentes, quod nos sanctimonialibus in Nien-dorp et cenobio earundem ville Quernstede proprietatem donavimus quam nobis dominus Ludoko de Ronstede multis presentibus resignavit, cum pratis, pascuis, paludibus et silivis, cum universis suis distinctionibus et cum omnibus suis attinentiis, ita ut dictum deinde cenobium ipsam villam cum omni juris integritate perpetuo quiete ac pacifice possideat, cum ipsius ville proprietate specialiter et cum omnibus suis attinentiis utpote predictus dominus Ludolfus a nobis ipsam villam possedit et habuit in hunc diem, abrenunciantes simpliciter omni juri, quod actenus in villa habuimus memorata, nec quippiam juris seu proprietatis nobis aut heredibus nostris vendicabimus in eadem. Ad hujus rei evidentiam sigillari iussimus presens scriptum. Testes hujus rei sunt dominus Conradus de Redere, dominus Hinricus de Wardenberge, dominus Buffo et Buffo de Irckeffleve dicti, dominus Johannes de Oldenwlet, dominus Pincerna, dominus Johannes de Nowen, milites, dominus Adam, prepositus de Stendal, et Johannes, prepositus de Gardelege, et alii plurimi fide digni. Acta sunt hec Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXVII. dataque per manum domini Alwardi, prepositi Reppinensis, curie nostre notarii, in crastino dominice qua cantatur populus Syon.

Orig. in M. 2 beschädigte Siegel. Befm. 116.

XVIII. Die Markgrafen Otto und Konrad schenken dem Kloster Neuendorf das Dorf Wendisch-Jevenitz, am 29. August 1291.

In nomine domini Amen. Otto et Conradus, marchiones de Brandenburg et de Landesberg, Omnibus hanc litteram intuentibus in perpetuum. Decet excellentiam nostram sanctimonialium in domini nostri terra degentium dominoque famulantium curam gerere et earum inopie succurrere opportunis auxiliis, ut temporalibus adjute sufficienter presidii fiducialius et fortius valeant inherere laudibus conditoris. Nosse igitur presentes volumus scripto presenti posteros nec latere, quod cenobio sanctimonialium in Nigendorp et conventui ordinis Cisterciensis ob reverentiam dei et sue matris virginis gloriose donavimus Slavicalem Jevenitze (R. Greueniz) cum universis ipsius ville attinentiis quorumque censeantur nomine cum omni juris integritate et proprietatem ville ejusdem proprietatis tytulo perpetuis temporibus quiete et pacifice possidendas, renunciantes universo juri et proprietati quam nos et heredes nostri nobis potuimus vendicare in villa et proprietate memoratis. Ut igitur hec nostra donatio multis bonis et probis viris presentibus rite facta futuris temporibus calumpniari nequeat vel etiam irritari, presentes litteras desuper editas conscribi iussimus et sigillorum nostrorum appensionibus decrevimus communiri. Testes hujus rei sunt fideles nostri dominus Bartolomeus de Libenhaw, Conradus de Redere, Henricus de Wardenberg, Albertus de Clepzk (B. Clepsh), Gerardus de Worthow (fehlt bei R.) et dominus Bartoldus pincerna, tunc Gardelege advocatus, et alii plures fide digni. Acta sunt hec in Tzapaw (B. Trapalde)*, anno domini M. CC. LXXXIX primo, III. Kal. Septembris et data per manum domini Alwardi, prepositi Reppinenfis, curie nostre notarii et capellani.

(Das Original fehlt.) Nach Belmann S. 118. und einer Abschrift von Reichard. Die unrichtig scheinende Lesung B's oder B's ist in () beigefügt.

*) Im Original stand vielleicht Tzapawe (= Schapow bei Prenzlau?).

XIX. Die Markgrafen Otto und Konrad verkaufen dem Kloster Neuendorf 90 Morgen bei Staz, im Jahre 1291.

Omnibus in perpetuum. Otto et Conradus, dei gratia marchiones Brandenburgenses, omnibus Christi fidelibus Salutem in omnium salvatore. Recognoscimus coram omnibus presentibus litteris publice (sic) protestantes, quod cenobio sanctimonialium in Niendorp vendidimus nonaginta jugera sita citra villam Staz in Indagine pro viginti talentis denariorum Brandenburgensium, donantes eisdem sanctimonialibus prefata jugera et proprietatem eorundem, cum omni juris integritate et valitate quiete et pacifice perpetuis temporibus possidenda, ita quod nullus advocatorum nostrorum bodellorum sive officialium nostrorum prefatum cenobium et sanctimoniales inibi domino famulantes in prefatis bonis sive jugeribus et earum (so) valitatibus debeat ullis temporibus

impedire. Ad hujus rei evidentiam pleniorē presentes litteras conscribi jussimus et sigillorum nostrorum appensionibus communiri. Testes hujus rei sunt fideles nostri dominus Hinricus de Wardeberg, dapifer noster, dominus Conradus de Redere, dominus Bartoldus pincerna, advocatus Stendaliensis, dominus Geldeco et alii plures fide digni. Acta sunt hec Magdeburg, anno domini M. CC. LXXXI. et data per manum domini Alwardi, curie nostre notarii et prepositi Ruppiniensis.

Orig. in M. Ein Sig. pedestre mit abgebrochener Umschrift; ein zweites hat nie daran gehangen. — Befm. 112.

XX. Die Markgrafen Otto, Konrad und Johann schenken dem Kloster Neuendorf bisherige Besitzungen des Ritters Henning von Buzt in Schwiesau und Buzau, am 12. Mai 1301.

Nos Otto, Conradus, Johannes, dei gratia marchiones de Brandeborch et de Landesberch, tenore presencium recognoscimus publice protestantes, quod omnia bona cum omnibus attinentiis sita in Zuifowe, que pertinebant domino Hennigo militi, dicto de Buzt, similiter bona in Buzkowe cum omnibus attinentiis ad prelibatum militem quondam spectantibus propter dei intuitum gratanter, insuper proprietatem dictorum bonorum claustro et collegio sanctimonialium in Nigendorp dedimus ac appropriavimus cum omni jure, sicut idem miles prius possederat, predicto claustro Nigendorp perpetuo libere possidendum. Hujus rei testes sunt dominus Johannes miles, dictus de Blankenborch, dominus Renzeko, dictus de Guzec, et Bartoldus pincerna. In cujus rei signum presentem litteram dicto claustro contulimus pro confirmatione prehabitorum sigillo presenti videlicet et marchionis premissi contenti eodem utrobique firmiter consignatam. Datum Templin, anno domini MCCC. in crastino ascensionis domini.

Orig. in M. Nur 1 Siegel mit verlornen Umschrift; mehr haben nie daran gehangen. — Befm. 117.

XXI. Die Markgrafen Otto und Konrad vereignen dem Kloster Neuendorf (für 1 Talent in Gardelegen) die Hebung von 1 Chorus Roggen in Algenstedt, am 2. August 1303.

Nos Otto et Conradus, dei gracia Brandeburgenses et de Landesberch marchiones, presentibus recognoscimus evidentius profitentes, quod cum pleno consensu et cum bona voluntate nostrorum coheredum pro redditibus unius talenti quod habuerunt in Gardeleghe, dedimus proprietatem reddituum unius chori siliginis in uilla Alincstede apud Gardeleghe sanctimonialibus in Nyendorp perpetuis temporibus feliciter possidendam. Ut autem hec predicta proprietatis nostra donatio perpetua perseveret — — — presentem paginam etc. — — — Testes

Sauptsh. I. Bd. XXII.

hujus sunt Conradus Raven, curie tunc temporis nostre dapifer, et Otto de Holtzatendorp, marschaleus noster, Conradus de Wegeloue, Geroldus de Peccatele, Egbertus Romele, milites nostri, Fredericus de Grunowe, Henricus Misnerus, Henningus de Tor-naue, famuli, et quamplures alii fide digni. Datum Ratenowe, anno domini M. CCC. tertio, in crastino vinculorum Petri, per manus domini Johannis de Wuluefhagen, dilecte nostre conjugis, nostri (so) Ottonis marchionis, capellani.

Orig. in M. Siegel verloren. — Befm. 118.

XXII. Ritter Werner und Ritter Siegfried von der Schulenburg verkaufen dem Kloster Neuendorf (22 Sol.) Einkünfte in Bucow und Dreueft, am 18. Januar 1304.

Recognoscimus tenore presentium publice (so) protestantes, quod nos W. et Sif. milites de Sculenburg ac mei scilicet Wernerii filii, Thi. B. et W. ad usus clauftri Nigendorp XXII sol. gravium denariorum, X sol. sitos in bucow et XXII sol. in campo ac in pascua que dicitur dreueft, vendimus*) (so), et ne dubium oriatur presens scriptum communiri facimus in testimonium veritatis. Datum Saltwedele, anno domini M. CCC. III. in die Prisce virginis.

Orig. in M. Das einzige Siegel, welches daran gehangen hat, ist verloren gegangen.

*) vendimus ist dem Namen dreueft übergeschr eben, aber mit derselben Hand und Dinte.

XXIII. Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Neuendorf das Eigenthum über das Dorf Wynkelftede, am 31. Juli 1311.

— Nos Woldemarus, dei gracia Brandenburgensis, Lufacie et de Landfberg Marchio, — — sanctimonialibus in Nygendorp et cenobio earundem ville in Wynkelftede proprietatem donavimus quam nobis Johannes et Henricus germani, dicti balch, multis presentibus resignarunt, cum pratis, pascuis, paludibus et silvis, cum vniverfis suis distinctionibus et cum omnibus suis attinenciis, ita ut dictum cenobium ipsam villam cum omni juris integritate perpetuo quiete ac pacifice possideat cum ipsius ville proprietate specialiter et cum omnibus suis attinenciis, vtpote predicti germani a nobis ipsam villam possederunt, habuerunt in hunc diem, Abrenunciantes simpliciter omni juri quod hactenus in villa habuimus memorata nec quispiam (quidpiam?) juris seu proprietatis nobis aut heredibus seu successoribus nostris vendicabimus in eodem. Ad hujus rei euidenciam sigillari iussimus nostri sigilli munimine presens scriptum. Testes hujus rei et contractus

sunt dominus Hinricus et frater suus dominus Fredericus dicti de Arrichfleuen, dominus Nicolaus et dominus Bernhardus germani dicti de buch, dominus Drefekinus, dominus Johannes de Santerfleue et Theodericus, frater suus, et plures alii fide digni. Datum et actum Tangermunde, anno domini M. CCC. vndecimo, pridie Kalend. Augusti.

Nach einer im Königl. Hannoverischen Landes-Archive befindlichen alten Copie.

XXIV. Markgraf Woldemar vereignet dem Kloster Neuendorf 3 Hufen des vormaligen Dorfes Pinnow bei Osterburg, am 1. Juli 1312.

In nomine domini. Amen. — — — Noverint — universi quibus exhiberi continget pre-
sents scriptum, quod principaliter propter deum et precaminum*) honeste matrone vidue quondam
domini Hermanni de Gardeleghe interventum devotum nos Woldemarus, Brandenbur-
genfis, Lufatie et de Landfberg marchio, dedimus et per presentes donatione libera lar-
gimur sanctimonialibus monasterii Nygendorp proprietatem veram trium mansorum, qui de civi-
tate Osterborch nunc excoluntur et aliquando ville Pinnow adiacebant: renunciantes omni juri,
quod nobis in dicta proprietate competebat, dantes ipsis sacratis virginibus possessionem ipsius legi-
timam ab ipsis nunquam per nos vel heredes nostros vel successores ammodo vendicandam. Ne
autem hujusmodi factum rite et devotione congrua celebratum in irritum a perversis trahatur, pre-
sentes litteras nostri sigilli impressione dari iussimus sigillatas. Testes hujus sunt domini Nicolaus
de Buk, Droyseko, milites nostri fideles, Slotheko, Hermannus de Luchow, capellani,
cum pluribus aliis fide dignis. Actum et datum Jerchowe, anno domini millesimo trecentesimo
duodecimo, octava beati Johannis Baptiste.

Orig. in M. Siegel verstimmt. — Befm. 119. — Gerden, Dipl. II, S. 83.

*) Befm. irrthümlich peccaminum.

XXV. Bertradis von Eynbeck stiftet eine wöchentliche Bier-Spende für die Nonnen im Kloster Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Ne ea etc. — — — Hinc est quod ego Bertradis de Eynbeke Recognosco et pro-
testor manifesto, Quod ob amorem dei omnipotentis et pro salute anime mee donavi et dedi reli-
giosis dominabus Sanctimonialibus in Nigendorpe Decem marcas Stendalgenfis argenti pro una
marca argenti ejusdem sita in uilla Gheveniz singulis annis donanda. Que marca debet permu-
tari pro denariis condignis et ministrari dominabus ad claustrum ad comparandum ova ipsis singulis

secundis feriis per circulum anni ministranda, quodocunque lactinia non sunt devitanda. Et propter hec in prebendis earum nullum pati debent detrimentum. Insuper ob devocionem et amorem quam (sic) ad predictas Sanctimoniales gero et habeo, diem et obitus mei et anniversarium meum singulis annis peragere promiserunt. Testes huius donationis sunt dominus Albertus de Aluenfleue, miles, et Gheuehardus de Aluenfleue, famulus, qui predicta placitauerunt et placitis interfuerunt et quorum sigilla presentibus sunt appensa. Datum anno domini M. CCC. XVI. in die octava Sanctorum Innocentium.

Orig. in M. 2 Siegel, dreieckig, mit dem Schilde der von Alvensleben. — Gerden, Dipl. II, S. 85.

XXVI. Ritter Albert und Knappe Gebhard von Alvensleben stiften zwei wöchentliche Gier-Spenden für die Nonnen des Klosters Neuendorf, am 4. Januar 1316.

Ne — — Hinc est quod — — cupimus fore notum quod nos Albertus miles, Geuehardus famulus, patroi (patruales?) de Aluenfleue dedimus sedecim marcas argenti conventui sanctimonialium in Nyendorp ob amorem dei omnipotentis et pro salute animarum omnium parentum antecessorum nostrorum ac successorum, de quo argento seu elemofinis cum consilio et auxilio conventus et sanctimonialium predictarum comparavimus tantum de redditibus quod cuilibet omnium dominarum dicti conventus perpetuo tempore dabuntur duo ova omnibus ac singulis quartis feriis et sabbatis quodocunque non solent lactinia devitare (devitari?), et propter hoc in prebendis earum consuetis nullum pati debent detrimentum. Insuper ob devotionem et amorem que predictae domine ad nos et parentes nostros gerunt, diem omnium parentum nostrorum antecessorum et successorum singulorum volunt successive peragere annuatim. Igitur ne per oblivionem in his aliqua dubietas suboriatur, presens scriptum sigillorum nostrorum munimine duximus roborandum. Datum Caleuorde, anno domini M. CCC. XVI., die octava sanctorum Innocentium.

(Orig. fehlt.) Nach Reichard's Abschrift.

XXVII. Markgraf Woldemar schenkt dem Kloster Neuendorf die Hälfte der Bede von 18 Hufen in Querstedt und die Obergerichte in Staaß und Borwitz, am 2. März 1317.

In nomine domini Amen. Ad memoriam univerforum presentium et futurorum perveniat presens scriptum. Quod nos Woldemarus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio, voluntario proposito dedimus et damus medietatem precarie decem et octo mansorum in villa Querstedt jacentium annis singulis in respectu aliorum mansorum precariam dantium in quantitate

et qualitate dumtaxat percipiendam et tollendam devotis in Christo sanctimonialibus cenobii Nyendorp et suprema villarum Staaß et Borviz judicia, iusto proprietatis titulo perpetuis temporibus possidenda et optinenda cum quiete et pace. Ut autem ista donatio perpetuo maneat illesa, expressam abrenunciationem omnium premissorum facimus pro nobis et nostris successoribus testimonia litterarum presentium super eo nostro sigillo munitarum, presentibus nobili domino Gunthero comite de Keverenberch, Conrado de Redere, Conrado de Osterburch, Bartholdo Schenken cum aliis nostris militibus fide dignis et domino Euerhardo, nostro prothonotario predilecto. Actum et datum Wolmersted, anno domini millesimo CCC. septimo X. quarta feria proxima post dominicam Reminiscere miserationum.

Orig. in M. Das Siegel ist verloren. — Bctm. 117.

XXVIII. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunschweig verzeignen dem Kloster Neundorf das Dorf Querstede, am 3. Mai 1325.

In nomine domini. Amen. Dei gracia Otto dux et Agnes ducissa in Brunswich, omnibus in perpetuum. Memoria hominum consulte iuvatur dum rei geste series litterarum testimonio perhennatur. Hinc est, quod notum facimus tam presentibus quam futuris quod — — donamus et appropriamus conventui sanctimonialium in Nigendorp villam Querstede cum omnibus suis attinentiis et appendiciis, villis, campis, silvis, pratis, pascuis et cum omni jure ac valitate quam nos in dicta villa hactenus habuimus, libere ac quiete perpetue possidendam, inhibentes ne quis successorum vel officialium nostrorum dictum conventum in proprietate ville predictae impedire presumat quoquomodo, quod ipsam ab omni jure advocatie sive precarie eximimus per presentes, ita tamen quod ibidem singulis annis anniversarius progenitorum et amicorum nostrorum infra-scriptorum videlicet inclitorum principum dominorum marchionum Brandeburgensium Wolde-mari, Hermanni, Ottonis Longi ac Johannis, nec non domine Margarete, ducisse Wratizlavien-sis et inclite domine Berte de Nenbeke certis temporibus sollempniter peragatur. Preterea post obitum nostrum Ottonis ducis et Agnetis ducisse predictorum noster anniversarius a dictis sanctimonialibus singulis annis peragatur perpetue cum solemnitate in divinis officiis debita et consueta. — — — Testes hujus donationis sunt Conradus de Osterborch, Albertus de Aluenfleue, Bertoldus de Veltum, Heyso de Vflere, milites, Fritso de Vincelberch, noster marscalkus, et plures alii fide digni. Actum et datum Lechede, anno domini M. CCC. vicefimo quinto, die invencionis s. crucis.

Orig. in M. 2 große runde Siegel, ziemlich gut erhalten. — Bctm. 119.

XXIX. Ritter Jordan und Knappe Berthold von Wodenswegen schenken dem Kloster Neuendorf Haus und Hof vor Gardelegen, am 17. Mai 1325.

In nomine domini. Amen. Univerſis Chriſti fidelibus tenorem preſencium viſuris ſeu auditis Jordanus miles nec non Bertoldus famulus, dicti de Wudenſuechge, ſalutem in domino ſempiternam. Quoniam, ut ait apoſtolus, qui parce ſeminat parce et metet et qui ſeminat in benedictionibus de eiſdem uitam metet ſempiternam. Nos ergo zelo pietatis et diuina ſuccenſi gracia boni operis fructum intimo animi feruore exſequi cupientes, rationabilius ad eos uel eas conuertimur, quorum aut quarum orationum ac elemoſinarum aliorum quoque bonorum operum nobis credimus participium non deeſſe. Unde cupimus ad ſingulorum peruenire noticiam, quod nos corporis et rationis compotes pro remedio ſalubri animarum noſtrarum in auctumentum cultus diuini ſub ſpe remunerationis eterne, monaſterio ſanctimonialium ordinis S. Benedicti in Nyvndorp ſito prope ciuitatem Gardelaghe (ſic) cuius perſone die noctuque diuino mancipantur obſequio, omne jus quod ad nos perſinuit ſeu nobis competere potuit in domo et curia ſita trans foſſatum extra muros Gardeleghe dicte ciuitatis, libere condonauimus perpetuis temporibus poſſidendum. Igitur ne calumpnia cuiquam valeat ſuboriri de premiſſis, ſigillum noſtrum ex noſtra certa ſcientia preſentibus eſt appenſum. Teſtes ſunt huius donationis Johannes, plebanus eccleſie S. Nycolai in Stendal, Willekinus, ſkolaris, Hynricus Gunteri et Helmicus (ſo, — Helmericus?), ciues ciuitatis Stendalenſis, et alii quam plures quibus fides non immerito noſcitur aſcribenda. Actum et datum Stendale, anno domini milleſimo tricenteſimo vigefimo quinto in feſto aſcenſionis domini noſtri Jheſu criſti crucifixi.

Orig. in M. Siegel dreieckig, im Schilde eine Pflanze mit 4 Blumen (abgebildet im 12. Jahresbericht des altmärk. Vereins 1859. Nr. 1.); . . . DANI . . . WODENSWEGE. Ein zweites Siegel hat nie daran gehangen. — Gerſen, Dipl. II, S. 87.

XXX. Ritter Henning von Scheningen verkauft dem Kloster Neuendorf gewiſſe Hebungen in Möllenbeck, am 5. Februar 1329.

Nos Henninghus de Scheninghe miles et . . filii ejus recognoſcimus et preſentibus publice proteſtamur, quod diſcreto viro domino . . prepoſito in Nyendorp ac toti conventui ibidem vendidimus ac dimiſimus pro triginta quatuor marcis argenti Stendaljenſis in villa Mollenbeke ad uſus earundem unum chorum cum dimidio ſiliginis et duos choros cum dimidio ordeï dandos in feſto ſancti Martini annuatim ac decem et novem ſolidos denariorum Stendaljenſium in eadem villa ſupraſcriptis (ſo) annis ſingulis in feſto nativitatis beate virginis Marie erogandos. Hujus teſtes ſunt venditionis dominus Henninghus de Santerfleue, dominus Meynardus de Rochow, Rotbardus (ſo), Johannes Mowerin, armigeri, Hermannus, prefectus in Gardelege, et Hinricus Hoghe, Echardus fratres, ibidem burgenſes, et quam plurimi fide digni.

In cujus facti evidentiam presentem literam nostro sigillo cum sigillis domini Echardi de Lintede ac domini Meynardi de Rochow militum prenominatorum dedimus communitam. Datum anno domini M. CCC. XXIX., in die beate Aghate virginis gloriose.

Orig. in M. Von den 3 Siegeln ist nur noch das mittlere vorhanden, dreieckig, Schild mit drei Hochen,
NARDI DE ROCH (abgebildet a. a. D.). — Befm. 123.

XXXI. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunschweig vereignen dem Kloster Neuendorf Gebungen in Möllenbeck, als es die Tochter des Ritters Henning von Bodendick aufgenommen hatte, am 15. Juni 1329.

— — Nos — Otto dux et Agnes ducissa Brunswicensis — — ob dei omnipotentis sueque genitricis Marie virginis gloriose reverentiam et honorem nec non pro eo quod religiose et in Christo devote persone abbatissa et conventus sanctimonialium in Nyendorp . . filiam honesti militis domini Henningi de Wodendick (Bodendick R.) in suam et sui conventus sanctimonialium receperant et sororem, dedimus et per presentes donamus proprietatem plenam super tria frusta reddituum sita in villa Mollenbeke abbatisse et conventui supra dictis — — — In quarum donationis renunciacionis seu translationis testimonium perpetuum nostra sigilla de nostra certa scientia presentibus sunt appensa, presentibus discretis viris dominis Conrado de Gardelege et Hinrico de Osterburch plebanis, Eggehardo de Lintfede, Henningo de Santerfleve, Henningo de Swechten, militibus, et aliis quam pluribus fide dignis. Actum et datum Tangermunde, anno domini M. CCC. XXIX. in castro beatorum Viti et Crescentii (R. Crescentie) martyrum.

(Das Original fehlt.) Nach Beckmann S. 122. und Reichard's Abschrift.

XXXII. Herzog Otto und Herzogin Agnes von Braunschweig bestätigen die Schenkung des Dorfs Grevenitz an das Kloster Neuendorf durch Ritter Konrad von Osterburg, am 2. April 1330.

In dei nomine. Amen. Ne — — — — Hinc est, quod nos dei gracia Otto dux et Agnes ducissa in Brunswich recognoscimus publice per presentes, quod nos in honorem omnipotentis dei sueque matris Marie virginis gloriose et ob salutem animarum nostrarum et nostrorum parentum et ad preces strenui militis Conradi de Osterborch sueque uxoris Gyslen et fororis sue Berchten et in remedium suarum animarum animeque Johannis, filii sui, bone me-

morie, damus presentibus et donamus monasterio et conventui sanctimonialium in Nigendorpe, que filiam filie dicti Conradi militis in suam et predicti conventus receperant sanctimoniam et forem, proprietatem ville Greueniz, quam villam cum equis pheidalibus, proventibus, obventionibus, fructibus et omni jure suo ipsi monasterio et conventui appropriamus per presentes, ita tamen quod usufructus predictae ville apud ipsum Conradum de Osterborch militem et suam forem Berchten temporibus vite sue permaneat, et quod Elizabeth filia filie dicti Conradi de Osterborch militis monialis claustrum Nigendorp duo frusta reddituum in certissimis bonis dicte ville Greueniz ad vite sue tempora retinebit. Ipsi vero defunctis predicta duo frusta cum proventibus et fructibus totius ville ad ipsum monasterium et conventum libere divolvantur (sic). Damus etiam ipsi monasterio et conventui in Nigendorp proprietatem unius ponderis cere, quod vulgariter dicitur eyn sten wasses, unius modii papaveris et tertii dimidii solidi Brandenburgensium denariorum sitorum in molendino opidi nostri Osterborch, quorum usufructum ipse Conradus de Osterborch ad vite sue tempora obtinebit. Ipso vero defuncto usufructus predictorum absque omni impedimento ad ipsum monasterium transeat et divolvatur. Renunciantes pro nobis et successoribus nostris omni juri, quod nobis in predictis competit seu posset competere in futurum. Hujus autem nostre donationis sunt testes Henningus de Santerfleve, Egehardus de Lintfede milites, Conradus prepositus in Stendal, Henricus, dictus Man, plebanus in Osterborch, et alii plures fide digni. In cujus etiam testimonium evidens damus presentem litteram nostrorum sigillorum appensione munitam. Actum et datum anno domini M. CCC. XXX. feria secunda proxima post diem palmarum.

Orig. in M. Herzog Otto's Siegel zerbrochen, das andere verloren.

XXXIII. Otto, Herzog von Braunschweig, und Agnes, seine Gemahlin, als Herren der Altmark, willigen ein, daß das Kloster Neudorf einen Hof mit 4 Hufen in Badingen kauft, am 6. Juni 1332.

Dei gratia Otto, dux in Brunswich, antique marchie dominus, et Agnes, ducissa et domina ibidem, omnibus in perpetuum. Ne decursus temporis ea que in ipso aguntur oblivioni tradat, veneranda adinvenit antiquitas ipsa in scripta redigi autentica et eorum testimonio perhenari. Hinc est, quod ad noticiam universorum volumus pervenire, Quod honorabilis vir dominus Hinricus, prepositus sanctimonialium monasterii in Nygendorp religioseque domine . . . abbatisa et . . . priorissa monasterii ejusdem a relicta quondam Thiderici Bernhaldi, civis in Stendal, et suis veris heredibus vnam curiam cum quatuor mansis, que fuit quondam Ludolfi de Ronfede militis, sitam in villa Bodinghen sua pecunia comparaverunt cum omni utilitate et jure tam in villa quam extra villam prout idem relicta et ejus heredes a nobis habebant iusto titulo feodali, nobisque predictam curiam cum quatuor mansis ad manus dicti monasterii libere et voluntarie resignarunt. Nos igitur habentes proprietatem curie et mansorum predictorum in manibus nostris, eandem curiam et mansos cum omni jure utilitate et proprietate in honorem omnipotentis

dei et gloriose beate Marie virginis ob remedium animarum nostrarum et parentum nostrorum ipsi monasterio damus, appropriamus presentibus perpetuo et unimus renunciantes pro nobis, nostris heredibus et successoribus omni juri, quod nobis in curia et manfis predictis competiit seu competere posset in futurum. In perpetuum testimonium premissorum nostra sigilla presentibus sunt appensa. Hujus rei testes sunt honorabilis vir dominus Conradus de Arnsteyn, prepositus ecclesie Stendaligenfis, strenuique viri Guncelinus et Borchardus de Bertenfleve, Albertus de Alvenfleve, Conradus de Osterborch et Ludolfus de Holleghe milites, fideles nostri, magister Johannes de Gotinghen et dominus Hinricus Man, prothonotarii nostri, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini millesimo tricentesimo tricesimo secundo, in vigilia penthecostes.

Orig. in M. 2 große, runde Siegel, bis auf einige Theile der Umschrift gut erhalten.

XXXIV. Agnes, Herzogin von Braunschweig, bestätigt eine Schenkung Hermann's von Warborch an das Kloster Neuenborn, betreffend Gebungen in Dalem, am 2. Mai 1333.

In godes namen, Amen. Wy van de gnade godis Agnes, hertogynne to Brunswich vnd eyne vrouwe der oldenmarke, bekennen apenbar in desme gegenwardigen breve, dat wy dorch got vnd dorch trostes wille vnser zelen hebben geleghen myt dem eyghendome deme closter vnd dem godehuse to Nigendorp by Gardedege twelf schok eyger vnd drivdruttich schillinge Brandenburgische penninge in deme dorpe to Dalem, vry mit allem dinste alle jar vp to borende, de Herman von Warborch, vnse man vnd dinre, demselven closter vnd den vrouwen, de darinne begeben sint, in godes love vnd ere heft gegheven, ewichliken to besittende vnd to behalden. Vnd dat heft he gedan dorch got, dat deselven vrouwen ewichliken, de wile dat dat closter steyt, in allen oren beden truweliken denken scholen vnd bidden vor finer eldern zielen vader vnd moder, vor syner hufvrouwen vnd syner kinder, vor eme selven vnd aller finer lyfhoede. Von sodanem gude vorbenomet, dar heft Herman von Warborch degher vnd ganz afghelaten vor vns, also dat he noch syne erven neyne ansprake hernamals daran hebben moghen noch en scholen. Van den vorbenompen dre vnd druttich schillingen schal ver Margerete, syn dochter Hermans von Warborch, alle jar hebben drutteyn schillinge to orem live, dewile dat se levet. Sowanne se vorstervet, so synt sy frye vnd lose myt deme andern gude vorgeproken al den vrouwen in dem closter vorbenomet. Dat alle desse dingk stede vnd vast an sik ewichliken bliven, des hebbe wy en vnser brev darup gegeven, beinfigelt myt vnsem ingesegel. Desser dingk synt tüge her Conradus, de acbar man, provist to Stendal, her Conrat von Osterborch, her Bertolt von Bult, her Ebel von Kalve, her Ebel von Suartelose, vnse riddere, her Hinrik Man, vnse capellan, Hinrik vnd Lodewich von Kloden vnd ander mher vrome lude. Desse brev is gegeven to Tangermunde, na der bort godes dusent

vnd drehundert jar, in deme dre vnd druttigsten jare, des virden Sondages dominica Cantate na den paschen.

Nach Bemann S. 121. (Orig. und Abschrift bei Reichard fehlen.)

XXXV. Otto, Herzog von Braunschweig und Herr der Altmark, und seine Gemahlin Agnes überweisen, veranlaßt durch Oda, dem Kloster Neuendorf 18 Schilling Stendalischer Denare, jährlich im Dorfe Querstedt zu erheben, und bestätigen ältere Schenkungen an das Kloster aus demselben Orte, am 29. September 1334.

Nos Otto, dei gracia dux in Brunfwich, antique Marchie dominus, ac Agnes, ejusdem gracia ducissa et domina ibidem, notum facimus — quod Ode nobis dilecte famule intuitu sui obsequii ac pecunie nobis prestite ab eadem, decem et octo solidos Stendalensium denariorum nomine census nobis hactenus venientes ex villa Querstede de maturo consilio nostrorum fidelium libere dimisimus littera in presenti, percipiendos ab eadem quoad vixerit annuatim, sed post decessum ipsius, ut nostrorum debito carnis soluto atque predecessorum nostrorum Odeque predictae in vigilia S. Andree apostoli singulis annis iugis memoria per sanctimoniales in Nien-dorp perhenniter peragatur, eodem sanctimoniales predictos decem et octo solidos in perpetuum sine omni impedimento libere obtinebunt. Quos eis ex nunc et ex tunc cum omni jure et proprietate concedimus et donamus, donationes ipsis factas super eadem villa Querstede per antecessores nostros scilicet inclitos principes Ottonem et Conradum, marchiones Brandeburgenses, pie memorie confirmantes. — — testibus adhibitis — domino Conrado, preposito in Stendal, domino Bodone, domino Wenero Vinzelberg, domino Henrico Man, nostris capellanis, Conrado de Osterburch, Ebelino de Kalve, Henningo de Buk, militibus, aliisque pluribus fide dignis. Datum Tangermunde, anno domini M. CCC. XXXIII. in die S. Michaelis.

(Das Original fehlt.) Nach Bemann S. 120. und Reichard's Abschrift aus dem Original.

XXXVI. Herzog Otto von Braunschweig verkauft Einkünfte in Staz und Borvitz an das Kloster Neuendorf, am 7. (2.) Mai 1335.

Dei gracia Otto, dux in Brunfwich, — — — honorabili viro . . . preposito sanctimonialium in Nighendorp religiosisque dominabus abbatisse et priorisse totique conventui monasterii ejusdem pro certa summa pecunie nobis integraliter perfoluta redditus infra scriptos, videlicet tria

talenta denariorum Brandeburgensium et sex solidos, octo modios filiginis, octo modios ordei, fedecim modios avene in villa Staz, nec non octo solidos denariorum Brandeburgensium in molendino ejusdem ville Staz et octo solidos in molendino Boruiz, cum omni jure et utilitate prout ipsos habuimus, vendidimus et dimisimus perpetuis temporibus possidendos et in predictorum bonorum prepositum et conventum monasterii predicti possessionem*) mittimus corporalem, facientes et constituentes ipsos in hiis scriptis possessores veros et legitimos eorundem, et in honorem omnipotentis dei et gloriose matris ejus Marie virginis ob remediumque anime nostre et quondam pie recordationis Agnetis conthoralis nostre et animarum parentum nostrorum jam dictos redditus cum omni jure, utilitate et proprietate monasterio in Nyghendorp predicto damus, appropriamus presentibus et unimus, renunciantes omni juri, quod nobis in predictis redditibus competiit seu competere posset in futurum. — — — Testes — — — honorabilis vir Conradus, prepositus ecclesie Stendaliensis, et Bodo de Hufen, capellani nostri, et alii quam plures fide digni. Datum anno domini M. CCC. XXXV., dominica die post diem beatorum apostolorum Phylippi et Jacobi.

Original in zwei Exemplaren, beide von derselben Hand, aber das andere datirt in crastino b. app. Phylippi (so) et Jacobi (2. Mai). Das eine Exemplar hat ein zerbrochtes Siegel, am andern ist das Siegel verloren. — Bslm. 124.

*) Diese Wortstellung in beiden Exemplaren.

XXXVII. Markgraf Ludwig vereignet dem Kloster Neuendorf Besitzungen in Bodingen, am 4. Juli 1338.

— — — sanctimonialibus claustrum Nyendorp — curiam cum IIII mansis in villa Bodingen cum (quam?) propria pecunia emerunt, — — — appropriamus cum omni jure proprietate (— is?) summo atque ymo cum omni servitio quocunque nomine censeatur, cum omni precaria omnique decima majori ac minuta. Datum in Sulin*), M. CCC. XXXVIII., in die Odalrici.

(Das Original fehlt.) Nach Bslmann S. 125.

*) ? Am 8. Juli war Markgraf Ludwig in Frankfurt (vgl. diesen Cod. I, Bd. 5, S. 87.).

XXXVIII. Heinrich von Rossow bescheinigt, vom Kloster Neuendorf 26 Mark Silber für einen Hof in Odesdorf empfangen zu haben, am 13. Januar 1340.

— — Nos Hinricus de Rossowe recognoscimus — — quod discretus vir dominus Hinricus, prepositus sanctimonialium in Nyendorp et plebanus in Caluis, nobis

rationabiliter perfolvit XXVI marcas Stendalgenfis argenti pro curia fita in villa Odekftorp ex parte Buffonis ejufdem cognominis*), quod presenti kartula et sigillis noftris et figilla honorabilium virorum, fcilicet Johannis Mowrin, Helmoldi de Werle, Gherardi de Ammenfleve et Rotzardi, famuli, presentibus funt appenfa. Acta et data funt hec anno domini M. CCC°. XL°. in octava epyphanie domini.

Orig. in M. Daran die Siegel des S. v. R., des S. M. und des S. v. B., die zwei andern find verloren; jene beiden abgebildet an dem bei Urkunde XXIX. genannten Orte. Auswärts: Odistorppe.

*) Wahrscheinlich foll der incorrecte Ausdruck fagen, daß der Aussteller der Urkunde die Summe für feinen Vetter Buffo von Roffau oder mit für ihn in Empfang genommen habe.

XXXIX. Otto, Erzbifchof zu Magdeburg, fchenkt dem Klofter Neuendorf das Eigenthum des Dorfes Hoddendorp, womit zwei Geiftliche einen Altar im Klofter Neuendorf dotirt haben, am 16. Januar 1340.

— — — Nos Otto, dei gracia Magdeburgenfis ecclefie archiepifcopus, recognoscimus — — — quod discreti viri ac devoti dominus Henricus, plebanus in Calvis, ac dominus Thidericus de Mildehouede, capellanus in claufro Nigendorp, emerunt villam Hoddendorp a Conrado dicto Spelhouel, et a Woltero Nigendorp, civibus in Gardelege, cum omni jure supremo et infimo in villa et in campo cum manfis, pratis, pascuis, lignis et omnibus proventibus (pertinentibus) ejufdem ville ficut iidem poffederunt, proprietate autem ac collatione fupradicte ville nobis refervata, que ad nos et noftrum capitulum de jure pertinere dinofcitur, quam poffeffores (q. pofuerunt five) tranftulerunt ad altare apoftolorum beatorum (ap. omnium) in honorem dedicatum, fitum in claufro Nigendorp, ob remedium animarum ipforum et omnium fidelium animarum, ipfum altare cum predictis bonis devote dotando. Nos autem refpicientes plurima dampna fanctimonialibus predicti cenobii illata per noftros ac devotiones predictorum facerdotum, cum pleno confenfu noftri capituli proprietatem et collationem fupradicte ville cum omnibus juribus ejufdem, que in fepe nominata villa habuimus et habemus, ipsis fanctimonialibus libere donamus et dicto altari appropriamus irrevocabiler obfervanda. Quorum omnium, que in eadem villa ad nos et noftrum capitulum pertinent, juri in presentibus penitus renuntiamus predicto cenobio in poffeffionem dando (p. c. impendendo). In cujus donationis noftre testimonium et robur perpetuum prefens fcriptum figilli noftri munime et noftri capituli firmiter juffimus roborari. Teftes hujus donationis funt honorabiles viri Henningus de Stenvorde, Albertus de Luderiz, Thidericus de Robitz (Rokaz) [Rokiz?], milites, Albertus de Alvensleben, Johannes Maurin (Maurici), Arnoldus de Suede (A. Vefuede) [de Suedere? de Suecte?], famuli, et quam plures alii fide digni. Datum anno domini millefimo trecentefimo quadragefimo, dominica poft octavam epyphanie.

(Das Original fehlt.) Nach Behmann S. 137. und Reichard's Abfchrift, deren Abweichungen von Belang in () ftehen.

XL. Das Kloster Neuendorf verpflichtet sich gegen Rudolf König, Pfarrer in Gardelegen, für empfangene 60 Mark Silber, ihm jährlich 7 Mark Silber Leibrente zu zahlen und nach seinem Tode Seelmessen u. s. w. zu halten, am 25. Januar 1340.

In godes namen Amen. Wie Johannes, perrer to Luderiz vnde prouest tu Niendorpp bi Gardelegen, Sophie van Norstede, ebedische, Sophie van Ronstede, priorinne, vnde ganze covent des siluen closters dun witlik mit ener oppenbarer bethuginghe alle den, di nu sin vnde noch tukomende sin, di dissen bref sen vnde horen, dat wi hebben verkoft vmme seltich marc brandenborgisch siluers vnde wichte, di in vse nut ghekomen sin, hern Ludolue Koninge, perrere tu Gardelege, seuen*) marc des siluen siluers, in deme redesten wissestem ghude vses dorpes tu Luffinghe, di wi eme schullen gheuen, di wile hi leuet, alle jar ane thoch (sic) vnde hinder vppe di Menden, vnde swanne hi doth is, so scole wi disse seuen marc gheuen also hir na steit bescreuen: Tu allen vir weken scole wi ewichliken gheuen ene halue mark den susteren ghemeyne vses couentes vnde enen schilling pennighe den pristeren. Vnde tu allen vir weken sculle wi des benumeden hern Ludolues dechnisse ewichliken began an vilien, an selemessen vnde an allen guden werken vnde beden, also des irsten daghes finer bigraft, vnde di prister scullet sunderliken vilien in deme chore holden tu allen vir weken. Dat wi willen vnde schullen alle dith holden ewichliken vaste vnde vnuerwandelt, dat loue wi in disse breue hern Ludolue vnde sinen vrunden bi vser samwithicheit vnde bi vser horfame, den wi ghedan hebben vnde bi der regelen vses orden. Des so heft her Conrad van Arnstede, prouest, vnde her Frederic van Ostheren, deken, vnde dat capitel der kerken tu Stendal ere ingesegele an dissen bref ghehenghet tu eyner betuginghe disser dinge, vnde dat se eder wi na en deken vnde prouest werde, moghen manen vs van hern Ludolues weghene est enych brake eder verfunenisse an dissen dinghen worde, des Ghot nicht en wille, vnde wi hebbet vses prouestes vnde couentes ingesegele ok an dissen bref ghehenghet tu ener bekantnisse vnde vastholdunge disser dinghe. Disse bref is ghescreuen na der bord Ghodes drytteynhundert jar, in deme virtigstem jare, in sunte Pawels daghe, di dar kumt vor Lechtmissen.

Orig. in M. Mit den Siegeln des P. Conrad und D. Friedrich; die 3 andern Siegel sind verloren gegangen.

*) Ueberall geändert aus ses.

XLI. Markgraf Ludwig vereignet — für Geld — dem Kloster Neuendorf Gebungen, die dem Kloster nach dem Tode der Nonne . . von Osterburg künftig zufallen sollen (vgl. Urk. XXXI.), in Grevenitz und mehreren andern Orten, am 20. Januar 1345.

— — — nos Ludouicus, dei gratia Brandenburgensis et Lusacie marchio,
— — — ob salutem et perhennem memoriam animarum magnificorum principum marchionum

Brandenburgensium bone recordationis predecessorum nostrorum, nostre, heredum ac successorum nostrorum appropriavimus et appropriare decrevimus religiosi et deodicatis personis, . . . abbatisse . . . priorisse devotis nobis dilectis totique conventui sanctimonialium claustrum Nienendorph Cystericiensis ordinis Halberstadenis dyocesis in villa Greuenicz decem et octo fructa annuorum reddituum cum supremo et infimo iudicio, que post decessum honeste et religiose puelle . . . diete de Osterburg ad idem claustrum devolvi debent, in villa Molenbeck quatuor talenta cum quatuor solidis denariorum Brandenburgensium, in villa Odingsdorph quatuor fructa cum supremo iudicio cum uno solido denariorum vrehesphennynghe dictorum, in molendino ante civitatem Osterburg sito unum lapidem cere cum uno modio papaveris, in precaria ville Staz tria talenta cum dimidio talento denariorum Brandenburgensium, novem modios filiginis, tot modios ordei cum decem et septem modiis avene, in molendino ville ejusdem quinque solidos denariorum eorundem, in molendino ville Boruiz quatuor solidos denariorum Brandenburgensium, in villa Dalem triginta cum tribus solidis denariorum serviciales denarii dictorum, eidem claustrum prenotatos redditus perpetuis temporibus sine impedimento quolibet quiete et pacifice pertinentos, renunciantes pro nobis heredibus et successoribus nostris omni juris actioni ac impetitioni, que nobis in premissis competebant vel competere possent aliquo tempore in futurum. Pro qua renunciatione et reddituum appropriatione nobis preacti claustrum prepositus in centum et quindecim marcis argenti Stendaliensis integraliter satisfecit. In cujus rei testimonium presentes dari fecimus sigilli nostri appensi munimine firmiter communitas. Testes vero hujus sunt nobilis vir Johannes de Buch, dominus in Garfedow, nec non strenui viri Swickerus de Gundolfinghen, curie nostre magister, Gebhardus de Aluenfleuen, antique marchie advocatus noster, milites, Gerekinus Wolf, curie nostre iudex, cum ceteris pluribus fide dignis. Actum et datum Stendal, anno domini M. trecentesimo quadagesimo quinto, feria quinta, die Fabiani et Sebastiani martirum beatorum.

Orig. in M. Siegel verloren. — Bsm. 125. und Ludwig reliquiae mss. VII, 128 fehlerhaft.

XLII. Heinrich von Rossau verkauft dem Kloster Neudorf 7 Hufen im Dorfe Oderdorf, am 10. Februar 1345.

— — Ego Hinricus, famulus, dictus de Rossou, recognosco — — quod rite et rationabiliter vendidi honestis dominabus videlicet sanctimonialibus claustrum Nyendorpe septem mansos in campis ville Odexdorpe sitos, pro novem marcis Stendalensis argenti, duos choros filiginis singulis annis soluentes. Insuper ego Hinricus, famulus, de Rossou, preactus promisi et in presenti promitto iam dictis sanctimonialibus bona prefata ad fidesmanus (sic) reservare, donec proprietatem a domino marchione consequi valeant super bona prenarrata. Ne igitur de istis in posterum dubium oriatur, ego Hinricus de Rossou, antedictus, et Hennigus de Lintstede ac Ghere de Ammensleve, famuli, promissimus, et in presenti promittimus conjuncta manu strenuo militi domino Tyderico de Rokiz et Arnolde Kunen, cui in Stendal, Bartoldo Spol-

houel et Bartoldo Taken, ciuibus in Ghardelege, quando et quo tempore unus ex vobis quatuor prescriptis resignationem de premillis bonis postulauerit, sepedictus famulus Hinricus de Rossou ipsa bona rite ac omni protractione procul mota resignabit. Hec acta sunt anno domini M. CCC. XLV. in die scolastice virginis gloriose.

Orig. in M. Daran das Siegel des Hennig von Lintfede, 2 andere verloren, abgebildet an dem bei Urk. XXIX. a. D.

XLIII. Heino Moweryn befehlt den Hermann von Hemstedt mit Gebungen in Hemstedt, am 7. April 1350.

— — Ego Heyno Moweryn, famulus, — contuli — Hermanno de Hemstede, civi in Gardelege, unum chorum filiginis redditus in villa Hemstede perfolvendum annuatim die beati Martini vel circa, ex curia Johannis Bunemannes possidendum — — pheodali titulo et tempore sempiterno eundemque chorum filiginis confero Alheidi, dicti Hermanni uxori legitime, vero vitalicio seu quamdiu vixerit possidendum. — Datum anno domini M. CCC. quinquagesimo, feria quarta post Ambrosii proxima. Hujus sunt testes honesti viri Conradus Spelhouel, prefectus in Gardelege, Bartoldus Ekberti et Johannes, filius ejusdem Conradi, cum pluribus fide dignis. Datum ut supra.

Orig. in M. Mit dem Siegel des Ausstellers (abgebildet a. a. D.).

XLIV. Aufhebung des wegen rückständiger Zahlungen an die päpstliche Kammer über das Kloster Neuendorf verhängt gewesenen Bannes, am 7. Dezember 1360.

Arnoldus Stamer, canonicus majoris, Conradus, prepositus sancti Johannis, Johannes, decanus beate Marie ecclesiarum Halberstadenfium, collectores subsidii domini pape per civitatem et dyocesis Halberstadenfem a sede apostolica deputati reverendo viro domino Conrado Duzere, ecclesie beati Marie virginis in Stendal plebano salutem — — Vestre reverentie committimus — — ut accedatis ubi propter hoc fuerit accedendum, et prepositum, abbatissam et singulares moniales ac cappellanos monasterii seu claustrum Nyendorp a sententiis excommunicationum contra eos occasione subsidii biennalis duarum procurationum camere domini pape debiti et non soluti — — latis — absolvatis pro eo quod dictum subsidium nobis perfoluerunt competenter — —. Atque etiam suspensionem in dictum collegium et locum et interdicti sententias in ipsum claustrum ex causa predicta latas tollatis et relaxetis, quas presentibus tollimus et relaxamus — — injungen-

tes ipsi ut — — infra quindenam tres florenos, quos pro expensis sedes petit apostolica, nobis Halberstadium transmittant. Datum Halberstad, anno domini M. CCC. sexagesimo, in vigilia conceptionis Marie virginis gloriose.

Orig. in M. Daran das Siegel des Arnolt Stammer.

XLV. Der Geschwister von Santerleben Schuldschreibung über 8 Mark Silber gegen 1 Mark jährlicher Zinsen, aus ihren Renten zu Laste zu erheben, für den Bürger Kopeken in Magdeburg, vom 5. Juni 1362.

— Wie her Jan, canonik to Stendal, Thiderik, eyn knape, brudere, gheheyten von Santerfleue, vnde Sophia, er suster, — — vorkopen — dem wisen manne Hanse Kopeken, borghere to Magdeborch, — ene mark Brandenburgischen silueres ut deme gude vnde dorpe to Latzeke, dar wie inne hebben alle jar dridde half punt Brandenburgische pennighe, vier scepel hauerer vnde dritteyn honre — — vor achte mark Stendalschen silueres — — — (mit Vorbehalt des „wedderkopes to dren jaren“. Auch dem H. Kopeken soll mit Ablauf dieser Zeit Kündigung freistehen: aver) lustede eme disses vorsprokenen gudes, so sculde wie eme dat wie dar inne beholden bouen sine mark geldes, verkopen vmme redelike pennighe, alle vser beyder vrunden dochte redelik syn. To eyner vestnitze disses copes vnde dedinghe, so sēde (sic) wie vp dit vorsproken gut to truver hant disme vorsprokene Hanse vnde synen rechten eruen by den erbaren Knapen Hinrik von Roffowe, Hinrik von Ronstede vnde Erike Melke, vnde hebben dissen brief gevestenet mit vfen ingefeghelen na goddes bort dusent jar, dre hundert jar, in deme twe vnde sesteghesten jare, in deme heyligen daghe to pingesten. Tughe differ dingh sint die erbaren lude Heyneke Sadenbeke, Erik Melk, Heyneke Spelhouel, Vdo vnde Gherbrech Foyteblume vnde andere erbare lude.

Orig. in M. Beide Siegel sind verloren.

XLVI. Ghyze Winekens erläßt dem Kloster Neuendorf eine Schuld von 10 Mark Geldes, am 28. März 1363.

Yk Ghyze Winekens bekenne — dat yk ledich vnde los late der ebdischen vnde deme ganzen convente tho Nyendorp des gheldes teyn mark, des se my sculdich syn, vnde yk vnde myne eruen se vmme de teyn mark nycht mer manen en willen. — — beseghelet myt my-

nem ingheseghele, na godes bort datum anno domini M. CCC. LXIII, feria tertia post festum palmarum.

Orig. in M. Siegel mit Umschrift S. GHISONIS DE SCADEWACH . . . (vgl. Bd. V. S. 100. Nr. CLII. Ghyso winandi de Schadewachten.)

XLVII. Das Kloster Neuen Dorf verkauft einem Bürger in Calvörde die Hebung von jährlich 2 Wispel Roggen aus der Mühle in Luffingen, am 4. März 1365.

We her Jan, prouest, Alheit, ebdissche, Cecilia, priorinne, vnde de couent ghemeyne des closters to Niendorp — — hebben vorkoft deme bechedenem manne Heynen Strikworfte, borghere to Caluorde, Heylen, syner hufvrowen, — — — twene wischepel roghen in vnser molen to Luffingh vor achteyn mark Brandeborgischen suluers, de se alle jarlikes scoolen vpmemen to sunte Martens daghe to Gardeleghe von den dren wischepelen, de we dar le dich inne hebben. (wiederkäuflich). (Zur getreuen Hand gelobt dem Conrade Weteritze vnde Alheide, siner hufvrowen.) — dritteynhundert jar, in deme vif vnde festigheften jare, des dinnesdaghes na dem ersten sondaghe in der vasten, als me singhet *Invocavit* me.

Orig. in M. Siegel des Propstes und des Convents.

XLVIII. Bischof Ludwig von Halberstadt macht einen päpstlichen Befehl bekannt über Sequestration der Pfarre in Gardelegen, deren Patronat zwischen dem Kloster Neuen Dorf und dem Markgrafen Otto streitig geworden war, am 5. März 1366.

Ludowicus — episcopus Halberstadenfis venerabilibus et discretis viris . . . decano Halberstadenfi, Rodolpho Dobelin, preposito sancti Nicolai, Conrado Duferi, rectori parrochialis ecclesie sancte Marie in Stendal ecclesiarum et Alberto de Engersbu, presbytero Halberstadenfis diocesis, salutem — — . Dudum vacante parrochiali ecclesia in Gardelege nostre Halberstadenfis diocesis et presentatis in discordia pro parte — — monasterii sanctimonialium in Niendorp — ad quas jus patronatus et presentandi ad dictam ecclesiam in Gardelege pro tempore noscitur pertinere, Johanne de Roten, preposito monasterii predicti, et per illustrem principem Ottonem marchionem Brandeburgensem Henrico de Wederden de facto, et propter hoc suscitata inter partes predictas materia questionis coram domino Pegrino archidiacono banni Ballamie ad quem talium cognitio causarum — noscitur pertinere, idem archidiaconus — — declaravit, licet male, jus presentandi ad eandem ecclesiam spectasse et pertinuisse ac spectare et perti-

